

um,) simulq; motum diurnum circa suum  
centrum etiam ab occidente in orientem  
spatio 24. horarum. Luna verò ambit Ter-  
ram & Elementa menstruâ revolutione,  
Deinde iterum ☿ circa solem, tanquam cen-  
trum universi revolutionem suam bimam;  
deinde Jupiter duodennem; & tandem Sa-  
turnus tricennem peragunt; Fixarum verò  
sphæra ultima prorsùs immobilis est, & adeò  
vasto intervallo à Saturni sphæra distans,  
ut Terræ orbis annuus sit puncti instar ad il-  
lam. Hoc Systema dicitur *copernicanum*, à  
Nicolao Copernico Borusso, qui illud olim  
ex parte excogitatum à Philolao Pythagori-  
co, & Aristarcho Samio, ac deinde resuscita-  
tum à Nicolao Cusano tandem perfecit, ac  
pluribus argumentis, ingeniosisque Hypo-  
thesibus fulcivit; quem deinde secuti sunt  
pænè omnes Mathematici, quibus nim: in-  
genium & calamus prurit ad nova vendi-  
tanda.

## XI. Systema Coccejianum.

**A** Utor hujus est Jacobus Coccejus: quem  
admodum testatur ipsius Epistola hoc  
de: